


**meros in linea A B dele, quia amplius nulli erunt usui. Totidem etiā puncta esse debent**  
**sinus recti, ea sic inuenies. Propone tibi tabulā hic sequentem, quæ in prima linea continet**  
**100. uersus unūquodq; repositi sunt gradus aliquot cū minutis, id autē quid sit, hoc modo**  
**intelliges. Qd' si centesimā partem cupis in semicirculū A F C consignare, filum colloca**  
**super 0. grad. 22. minut. iuxta literam B, & ubicunq; filum attinget semicirculū A F C, ibi**  
**primam partem ex centum repone. Rursus si duo uis imponere in sinu recto, filum age po**  
**nito super 1. grad. 9. minut. illud ubi tanget semicirculū A F C, ibi consi**  
**gna 2000. Et in hunc modum operare tam diu, donec semicirculū istū**  
**diuiseris in centum partes, numeros quoq; adscribe ab A uersus C. Et**  
**sic totidem habebis puncta sinus uersi seu perfecti. Hinc si ad**  
**huc puncta sinus uersi in aliquot partes cupis subdividere, puto in 10.**  
**uel 100. ut hic, operæ precium fuerit te etiā puncta sinus recti in tot**  
**partes disseccare. neq; magnopere refert, si ea diuidas in tot partes æqua**  
**les, quamuis in se sint inæquales. Quomodo autem in quibusdam locis**  
**quandam diminutionem partium istarum facere debeas, ex ipso aspe**  
**ctu tuopte marte facile conijcies.**



**Faciem itaq; huius iam præparati instrumenti hic tibi propositā rectius intuere,**

